



Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum
Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos
Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1734

Quæstio II. An Matrimonium denuntiationibus malitosè omissis initum
valeat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62204)

in Sponsalibus, validum esse sine consensu parentum clarè decidit. Idque confirmat universalis praxis. Sponsalia sine consensu parentum inita non obligant ad Matrimonium pariter sine consensu parentum (nisi parentes hunc injustè negarent) contrahendum, sicut sine parrocho & testibus inita non obligant ad taliter quoque contrahendum Matrimonium. Id fateor, quòd, si parentes omnino justam Matrimo-

nijs liberorum se opponendi causam haberent, & quidem constanter, ita ut nulla sit spes impetrandi consensum, Sponsalia forent invalida, quia Matrimonium semper illicitum est, quàm diu parentes vivunt :

sed hoc per accidens

est.

¶ 530

QUÆSTIO II.

An Matrimonium denuntiationibus malitiosè ommissis in initum valeat ?

¶ Si Menochius vol. I. conf. 69. n. 69. seqq. cum gl. Holt. & Felino valorem adimat 1. proprio 64. de R. J. in 6. ibi: que contra jus sunt, debent utique pro insectis haberi. cui l. non dubium 5. C. de Legib. concordat. 2. propter Tridentinum, quod s. 24. c. 1. de Res. Matrim. non aliter tribuit potestatem Parochis assistendi Matrimonij per verba, quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur. Notetur quoque (R. P. Pichler Decis. I, 2.)

Ablativus absolute positus (denuntiationibus factis) qui importat conditionem sine qua non. l. 109. ff. de condit. & demonstr. conditio autem importat formam. l. 44. l. 55. ff. eod. sed non observatâ formâ vitatur & nullus est actus. l. 1. in fin. ff. de insp. Vent. ergo ommissis denuntiationibus contractum Matrimonium juxta Trid. est clandestinum & nullum.

At verò rursus certa & communis est sententia in oppositum ; quia nec Jus Naturale aut Divinum,

Y y

¶

ut clarum est, nec Jus Ecclesiasticum exigit ad valorem Matrimonij prævias denuntiationes; non antiquum, ut patet ex *c. fin. h. t.* non novum in Tridentino, quod quidem *Id. cit.* graviter præcepit illas præmitti Matrimonio, nisi Episcopus dispenset, clausulam tamen irritantem non adiecit, sicut tamen adiecit, ubi agit de Matrimonio sine præsentia Parochi & testiu contracto. Accedit notoria & universalis Ecclesie praxis Matrimonia sine denuntiationibus pro validis habentis.

Textus in *c. 64. & J. 5. cit.* intelligendi sunt de ijs, quæ fiunt contra Jus irritans seu contra legem irritantem, non verò de ijs, quæ fiunt

præcisè contra Jus & legem prohibentem aut præcipientem. Tridentinum non quidem dedit potestatem Parochis assistendi Matrimonij, præcisè tamen prohibendo, uti fecit Concil. Lateran. cujus vestigijs quoad denuntiationes insistere voluit Tridentinū, non irritando assistentiam sine denuntiationibus præstitam. Unde ille *ablatius absolutus* solum indicat conditionem, sine qua non licitè assistitur Matrimonij, non verò talem, sine qua non validè; item denotat solum formam accidentalem, non substantialem.

QUÆSTIO III.

An Parochus hujus urbis respectu Paridis & Helenæ fuerit proprius, & sic habilis ad solemnizandum Matrimonium.

Negant Petr. de Ledesma, Henric. l. II. de Matrim. c. 3. n. 3. Segura & alij apud Sanch. de Matrim. l. 3. d. 23. n. 11. quibus favet Rota in decis. noviss. 643. n. 2. & 3. vol. 1. Rationem dant quia habi-

tantes alicubi animò redeundi ad domicilium proprium, et si diutius ibi habitent, sunt tamen & manent hospites ac peregrini. l. 1. §. 9. f. de his, qui essud. atqui hospites & peregrini non possunt validè Matrimo-